

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina

Melanchthon, Philipp

Wittebergae, 1621

Caput XII. [XVIII.] De Scansione

[urn:nbn:de:bsz:31-112308](#)

CAPUT XVII.

DE GLYCONICO.

† Quid est genus Glyconicum?

Quod constat Versibus Glyconicis. †

† Quid est Versus Glyconicus?

Est versus trimeter, constans ex Spondeo,
Choriambico, & Jambo.Nihil differt a Choriambico, nisi quod alterum
Choriambum non haberet.

† Da typum Glyconici?

I	2	3
—	—uu—	u—

Tandem regia nobilis Sen: Thyestes

Antiqui genus Inachi

Fratrum composuit minas.

† Unde dicitur Glyconicus?

A Glycone autore vel celebratore.

CAPUT XIIIX.

DE SCANSIONE.

* Quid est Scansio?

Scansio¹ est mensuratio Versus, & enumera-
ratio² eius pedum.

† Doublex est Scansio?

Duplex: alia fit per Monopodium; alia per
Dipodium.

3.

† Quid est Scansio per Monopodium? 3

Est quando singuli Pedes simplices, disyllabi vel trisyllabi, in singulas dimensiones computantur.

† Ubi utimur Scansione per Monopodium?

Latini ea in omnibus generibus Carmi-
num propriè utuntur; & inde etiam à num-
ero Pedum Versus nominant. Dimetros, qui
habent duos pedes Pedes simplices: Trimetros,
qui tres: Tetrametros sive Quaternarios, qui
quatuor: Pentametros, qui quinque: Hexa-
metros seu Senarios, qui sex: Octametros, seu
Octonarios, qui octo.

4.

† Quid est Scansio per Dipodium? 4

Est quando bini pedes simplices disyllabi,
h. c. singuli tetrasyllabi, pro una dimensione
computantur.

† Ubi utimur Scansione per Dipodium?

Imitatione Græcorum, usus eius etiam
apud Latinos est in Iambicis & Trochaicis.
Quin & à numero Dipodiarum, Versus mo-
re Græcorum nominantur, Dimetri, qui du-
as habent dipodias; Latinis Quaternarii: Tri-
metri, qui tres; Latinis Senarii: Tetrametri,
qui quatuor; Latinis Octonarii.

CAPUT XIX.

DE CÆSURA.

* Quid in Scansione præcipue sunt atten-
denda?

Duo: Cæsura & Elisiones.

Quid